

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Hermannus Lembke/ I.U.D.
& Codicis Profess. Ad Exequias, Quas Filiolo ... Theophilo Großgebauer/
Parentes moestissimi Hodie dimid. 1. paratum eunt, Omnium Ordinum Cives
Academicos studiose ac peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647>

Druck Freier  Zugang



Lembke, H.,

in T. Grossgebauer.

R. 1658.

38.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777523647/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777523647/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647/phys_0003)

DFG



85
~~XX~~

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
HERMANNVS LEOBRE
J. U. D. & Codicis Profess.
Ad
Exequias
Quas
Filiolo suo desiderio
THEOPHILO



Großgebauer /

Parentes moestissimi

Hodiè dimid. I. paratum eunt,

Omnium Ordinum Cives Academicos studiosè ac peramanter
invitat.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LVIII.

*paratio boni
m. s. m. Horily*

Juxta Pontum animalia esse, quæ vitam unius diei spacio terminent, h. e. cum sole nascatur, crescant, & cum eodem quasi genitore occident; memoratum Plutarcho est. Maximo Auctori Aristotelis lib. 5. de Nat. animal. observatum, apud Cimmerium Bosphorum sub solsticio fluvium reperiri, qui folliculos, acinis majores, producat, undè volucrum genus quoddam profiliat, ad meridianum usque tempus superstes & volitans; declinante verò sole deficiens; & denique occiduo eodem, penitus intermoriens; i^o Ph^on^o idcirco Græcis dictum. De Seapo arboris Ægyptiacæ, quæ *Celtis* seu *Lotto* dicitur, Plinius lib. 13. c. 18. refert, Phœbo oriente caput è Nilo extollere, eodem regresso, recondere sese, & quasi submergi. *Chondrilla*, *Heliotropium*, floresq; aut herba similes, cum sole subito vertuntur, eodem die panduntur, clauduntur; nonnullæ menstruæ, quædam bimestres sunt, quædam plures menses superstinent; nullæ verò perpetuò durant vigintiquæ. Admodum sanè pulchrè illa appositèq; accommodare est ad Homines, quorum nonnulli in primâ infan-

infantiā, dum vel nati sunt saltim, aut florere et
iam incipiunt; quidam in medio ætatis cursu, ubi
maxime vigore censemur; quidam sub vesperam
senectutis concidunt & moriuntur. Luculentissi-
mum ecce! vel hodiè exemplum, in scitissimo
tenuerrimoq; infantulo, THEOPHILO Grossge-
bauer/ conspicere est; qui cùm vix decem à na-
tivitate dies supervixisset, continuò, tanquam
mundana exosus, abire à nobis, cæloq; , unde ve-
nerat, redonari cœpit. De quo quæ scire heic,
referre q; pro receptâ consuetudine, oportebat,
jam non nostris quidem, sed Reverendi & Claris-
simi DN. Parentis verbis, quæ in hanc rem ipse
consignavit, & ut Programmati integra inscre-
rentur, voluit, exponemus. Sic itaq; ipse: Quem
Matri suæ terræ hodiè restitutum imus, Filius me-
us, tertio ac vicesimo Martii Anni præsentis na-
tus est: Eodemq; die lavacro Regenerationis ac
Renovationis Spiritus Sancti sanctificatus ac pu-
rificatus, THEOPHILI nomen accepit, ut, si su-
perviveret, semper monumentum haberet, quo
de Uno, Vero, Bono Deo diligendo, Illiciis Seculi
hujus Mali contemptis, admoneretur. Pater ipsius
est M. THEOPHILUS Grossgebauer/Ecclesiaz
CHRISTI in parochia Jacobæa Diaconus. Mater
MARGARETA Steins. Avus ex Patre VA-
LENTINUS Grossgebauer/Oppidi Ilmæ in Thu-
ringia

tingia Consul. Avia fuit M A R I A Schmidin.
Avus Maternus est Reverendus Senex D N. M.
JOHANNES Stein/Pastor Ecclesiæ ad S. Nicolai
emeritus. Avia, Matrona honesta MARGARE-
TA Lobecku. Ab avorum ac Atavorum memo-
riam non restricabo. Quæ etsi proba satis sit, ta-
men CARNEM suisse illos, nemo nescit, nec ma-
jori elogio commendari possunt omnes quam il-
lo Jobi: *Ut putredine veterascit, ut vestis; quam*
arrosoit linea. Genitus ex Deo permanet in æternum.
Conceperamus quidem vitæ spem longioris, fo-
re nimium, ut Filius hic noster in Gloriam Dei
Patri per JESUM C H R I S T U M adolesceret, ac sub
CRUCIFIXI Domini signo, fructibus Fidei, Patien-
tiæ ac Charitatis in Ecclesiâ Militante proficiens,
ad præmium supernæ Vocationis Dei in CHRISTO
Jesu contenderet. Sed verò Deo non vidente, ut
Homo videt, sanctificatus ille Noster brevi im-
plevit longa tempora. Grata enim Domino ani-
ma ipsius erat, propterea festinavit eum collere
ex improbitatis medio. Et ad hanc Catastrophen
autigabat Deus omnia. Biduo autem enim, quām
vitæ defungeretur, cùm languescere videretur,,
DOMINO requisito, adhibita est Medici opera
quidem, sed morbo prævalente ac vireculis
sensim deficientibus, plæcidus tandem circa octa-
vam vespertinam, primo Aprilis, animam suam

Deo

Deo Spirituum omnisci carnis reddens, ad Spiritus
Iustorum consummatum, Fæderis Dei benefi-
cio, concessit, vix decēdō expleto. Sic iPh̄p̄s. Q. fuit
Noster, à matutino ad vesperam contusus, dierumq;
palmarium. Benedictus Deus Pater IESU CHRISTI,
qui versari illum fecit in domo Domini ad LON-
GITUDINEM DIERUM, Amen. Haec tenus Parens piè
admodum christianeq; V eclipsē Ethnicus Seneca,
Oignaros, inquit, maloram suorum, quibus non
mors ut optimum inveniū natura laudatur: que si-
vè felicitatem includit, si vè calamitatem repellit, si vè
satietatem aut lassitudinem seni terminat, si vè juve-
nile et vā, dum meliora sperantur, inflere deducit. si vè
pueritiam infantiam vè ante duriores gradus revocat,
omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum,
de nullis melius merita, quām de his, ad quos venit an-
tē, quām invocaretur. Nemo itaque etatum hic
nobis discrimina, plurimumque annorum decur-
sum objiciat, quām coram DOMINO (Psalmistæ
verba sunt) mille anni sint sicut unus dies: Et si
cum eternitate vitæ nostræ tēpota cōferas, existi-
mare protectò habebis, nō distare breve à longo,
ne hoc vicissim ab illo. Præterea Lex una mortis
dicta est homini omnino omni, dicet unus alte-
rum diuturniori ævo aut vitæ excedat. Parumq;
interest inter illum, qui unum, & qui centum an-
nos vixit, nisi quod hic, quod etate gravior, eō pec-
cato-

Mors optime
falsa in

*tio vita cim
in Oceanu
6112.*

catorum fasce gravatus magis onusque Patri-
bus suis annumeretur. Luculentæ sapientiae in-
star plerisque gentilibus est, quod Silenus à Midas
captum ei pro suâ missione, referendæ gratia er-
gò, respondisse ferunt: *Non nasci homini longè optimum esse; proximum autem quam primum mori.* Pri-
us quidem illud dignum omnino est, quod madi-
do ore Silenus proferret, asininisque auribus Midas
exciperet. Quomodo n. queat optimâ conditi-
one esse, vel optimum aliquid habere, qui neque;
sit, neque; fuerit? Quomodo melius sit nihil esse,
quam creaturam ratione instruam esse, DEI
imaginem esse? Ceterum posterius minime i m-
probamus, recteque id monitum Sileno est; conci-
nitque per vulgatum illud Menandri: *οὐ οἱ θεοὶ φιλάσσουν ταῦθην οὐδέ τοι.* Certè non alter cum vitâ nostrâ
comparatum est, accum fluminum undis, quæ in
Oceanum devolvuntur: aliæ namque; neque;
longâ, neque; difficulti viâ exitum inveniunt; aliæ verò,
quæ propè fontes ipsos excipiuntur, & diu in iti-
nere harent, & è catarractis præcipitantur, &
ambagibus atque anfractibus exercentur. Non ali-
ter in vitâ humanâ omnes metam properamus ad
unam. Qui ab eâ longius absunt, iter sicut diu-
turnum, ita quoque molestum magis conficiunt,
plures difficultates experiuntur, & maiores labo-
res exantlant. Recte profectò & præclare iterum

Seneca

*Seneca: Non est, ait, quod quenquam propter canos
aut rugas putas diu vixisse. Non ille diu vixit, sed diu
fuit. Quid enim? illum multum putas navigasse
quem Java tempestas a portu exceptum huc? Illuc tu-
lit, ac viribus ventorum ex diverso furentium per ea-
dem spacia in orbem egit? Non ille multum nava-
git, sed multum jactatus est. Quemadmodum igitur
pelago forte isto tempestuoso fluctuas, & in por-
tum quacumque secundis ventis delatus; aut veluti
duro carcere clausus, ac inopino λύτρῳ redemptus,
vel cancellis ruptis fractisque liberatus, maximam
felicitatis partem indepsus fuisse creditur; Sic quo
cuiusquis in tuto vehi, aut corporei carceris vin-
culis liberari incipit, eò beatiori res ejus ac fortu-
natori loco esse existimandas sunt. Herus sane
servum citò manu retinet, ac rude donans, adeò
non odisse intelligitur, ut beneficio afficerit.
ad eundem modum eò nobiscum præclarius na-
tura egisse censenda est, quò festinantiū liberatos
nos pileo donaverit. Rosa vix protuberans de-
cerpta fragrantior est, preciosiorque; età, quæ tumes-
cis spinisque obsita, suffocatur: Haud secundus profes-
sor cum homine sit: Quò prius decerpitur ipse et-
iam quasi, aut demetitur, eò, quæ conditionem
melior est & longè felicior. Plinius de mirabili
ribonum (flos est vel herba Britannica) naturâ re-
fert, primò vere, antè, quām tonitrua audiantur,*

col-

*Seneca
Vita longa
5*

*Simili fide
de q̄s + iū
rūm. Coram*

collectos optimæ virtutis esse, nobilissimam que
adversus morbos, corporisq; quascunq; infestio-
nes panaceam præbere; Pariter quoq; recentes
animulæ ante imminentia fulgura & fulmina, i.e.
calamitates, tumultus & bella, cervicibus nostris
identidem impendentia, resectæ, cœloq; insitæ,
ab omni omnino, quod nocere aut creare incom-
moda queat, periculo immunes sunt, & nunquam
desiturna felicitate perfruuntur. Cœterum quoniam
hac ipsa die supremū exequiarū honorē exanimi
ostensæ tātūm proliis corpusculo præstare PAREN-
TES decreverint; Nos, quæ nostrarum partium
faerint, minimè negligemus, frequentesq; (si for-
tè vel ea etiam res conferre quicquam ad lenien-
dum dolorem possit) tenetis, im sunus comita-
dimur. Uri. aq; S. VES ACAD. MICH; pro exequen-
dā istā fini, julto vos numero, debitāq; modestiā
sistatis, etiam atq; etiam adhortamur. Est enim
pietatis id atq; officii genus ita comparatum, ut
cum primis ordinem vestrum deceat, cuius præ-
cipua laus, humanitatis studium est, prolixē itaq;
eo ac copiosē defungemini, ac partium vos ve-
strarum memores fuissē demonstrabitis.

P.P. sub Sigillo Rectoratus, die IV. April.

Anno recuperatæ gratiæ clo lō c L H X.

Conventus fiet dimid. I. in Æde Jacob.

• 6) O (9 •



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777523647/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523647/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777523647/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523647/phys_0016)



Seneca: Non est, ait, quod quenqua
aut rugas putes diu vixisse. Non ille
fuit. Quid enim? illum multum
quem lava tempestas à portu exceptu-
lit, ac viribus ventorum ex diverso fu-
dem spacia in orbem egit? Non iller
vit, sed multum jactatus est. Quē ad
pelago fortè isto tempestuoso fluc-
tum quāto cyū secūdis ventis del-
duro carcere clausus, ac inopino
vel cancellis ruptis fractisq; libera-
felicitatis partem indept⁹ fuisse er-
citiūs quis in tuto vehi, aut corpori
culis liberari incipit, eò beatiori re-
natiō loco esse existimandæ sun-
servum citò manu itens, ac rudi-
non odiſſe intelligitur, ut beneſ
ad eundem modum eò nobiscum
tura egisse censenda est, quō festina-
nos pileo donaverit. Rosa vix p-
cerpta fragrantior est, preciosior q-
tis spinisq; obsita, suffocatur: Ha-
ctò cum homine sit: Quō priùs de-
iam quasi, aut demetitur, eò, quā
melior est & longè felicior. Plu-
vibonum (flos est vel herba Britan-
fert, primò vere, antè, quam toni-



the scale towards document

anos
d diu
gasse
iclu-
r ca-
viga-
gitur
por-
eluti
apt⁹,
nam
quō
vin-
ortu-
sanè
adecō
rit:
is na-
ratos
is de-
ume-
rofe-
se et-
em.,
abili-
rà re-
ntur,
col-

Scan Reference Chart TE63 Serial No. 052

Image Engineering

Patch Reference numbers on UTI

Seneca

Vita longa

5

Sinistra facie

De q̄s + i
rūm Coram

DFG